

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1224 - 1225

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

et Alberto camerario et Johanne custode et advocatis de Windecke Berhtoldo et Albertho, astantibus nobilibus dominis Heinrico et Ludewico fratribus de Liechtenberg et magistro civium Erbone et consulibus Argentine civitatis et nobili viro Heinrico de Diersperg et fratre ejus Walthero et domino Reinhardo de Celle. 1224 December.

*K aus Karlsru. G. L. A. Papier-Copialbuch der Abtei Schwarzach nr. 733 fol. 35 um 1400 5 geschrieben.*

*Gedruckt bei Gudenus Sylloge diplom. p. 465; Würdtwein Mon. Palat. IV, 240 (ex deductione des Klosters Schwartzach a. 1780 p. 23 nr. 25).*

194. Ulrich Domscholasticus und Probst von St. Peter zu Straßburg beurkundet, daß Hedwig, die Wittwe Simons von Epfig, für sich und ihre Anverwandten auf 10 alle Ansprüche an ein Gut zu Königshofen, das sie einst Ulrich von Bollingen und dieser jetzt der Marbacher Kirche verkauft habe, vor ihm öffentlich verzichtet habe. 1225 August 28 Straßburg im Chor des Münsters.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod, cum ego Uolricus scolasticus majoris ecclesie Argentinensis et prepositus sancti Petri vice et loco 15 venerabilis domini Bertoldi ejusdem ecclesie episcopi in judicio conserderem, domina Hadewigis, uxor quondam domini Symonis de Epfiche, coram me publice et liberaliter fecit finem inrevocabilem Eberhardo cellerario pro ecclesia Marbacensi, cujus ipse erat nuntius et procurator, de predio uno in Chunegeshoven, quod ipsa olim venderat magistro Uolrico de Bollingen, sed nunc certa forma emptionis devolutum est 20 ad cenobium antedictum<sup>1</sup>. idem fecerunt domini Rüdolfus gener et alius Rüdolfus filius domine Hadewigis memorate. promisit quoque eadem [domina Ha]<sup>a</sup>dewigis, quod ipsa faciet, quando requisita fuerit, filios suos minores simili modo finem facere [de eodem]<sup>b</sup> predio fratribus et cenobio sepe dicto et de sic attendendo obligavit se in manus prefati Eberhardi cellerarii, cujus obligationis prenominati 25 Rüdolfus gener et Rüdolfus filius sepefate domine Hadewigis fidejussores existunt. affuerunt testes: dominus Chünradus Leitreche, Wolfhelmus canonicus sancti Thome, Dietricus Stehelli, Humprettus Zidelarius, Heinricus Snello et Hartmannus fratres, Erbo, Burchardus<sup>c</sup> et Chünradus cives et alii plures. ad majorem etiam cautelam et evidentiam hoc scriptum inde fieri jussi sigillo meo communitum. actum in 30 choro cathedrali Argentine anno domini 1225, indictione 14<sup>2</sup>, 5 kalendas septembris.

*C aus Colm. Bez.-A. Obermundat boîte 18 liasse 1 or. mb. c. sig. pend.*

a) Durch einen Fleck verwischt, nur die obere Schäfte des H noch sichtbar. b) Verwischt, da in Spuren noch zu erkennen. c) C Rurchardus.

<sup>1</sup> Cfr. nr. 195.

<sup>2</sup> Die Indictionsziffer um 1 zu hoch.